tis incurabilē perpetue suavitatis amisisse dulcedinem. eru-  
bescit quia propter carnē que vermis erit obnoxia: iam  
neglexit que choris angelicis erit deferenda. iam radios mē-  
tis attollit et cum diuicias immortaliū contemplature easq;  
propter huius vite iopiā se pdidisse cōfundit. Eunq; sub se

29

reflectit oculos ad huius mundi vallem / ferreque caliginem. su-  
per se vero mirat iterum luminis claritatem. liquido deprehendit  
quia nox erat et tenebris quod in hoc mundo amauit. interea ocu-  
li contabescunt et vertuntur in capite. pectus palpitat. raucus  
guttur anhelat paulatim. dentes nigrescunt: palescunt ora/ me-  
bra cuncta rigescunt: vene rumpuntur in corde/ cor scinditur  
in dolore. dum hec itaque et huiusmodi tamquam vicina mortis pice  
denta famulantur officia. assunt oia gesta simul et verba/  
nec etiam ipse cogitationes desunt: que oia amarum aduersus  
actorem reddunt testimonium. coaceruantur cuncta ante respicien-  
tis oculos/ et qui conspicere refugit: coactus et inuitus atten-  
dit. adebet preterea huic horrenda demonum turba: illuc dictus  
angelica in illo/ qui medius est liquide deprehendit: cui pietate  
ipso possesso iudicetur. Nam si in eo pietatis inueniuntur  
insignia visitationis angelice blandiciis delimitur/ atque ha-  
monice et melodie ne exeat prouocatur. quod enim sinistre par-  
ti meritorum nigredo et feditatis squalor: adiudicet intollerabi-  
li: mox terrore concutitur repente impetus violentia per-  
turbatur/ precipitatur/ inuaditur ac de misere carnis erga-  
stulo violenter exire compellit. tunc aia vadit ad labia et inter-  
rogat labia. quid vis o aia? respondet aia et dicet: exire me  
oporet. dicunt ei: non per nos intrasti: nec per nos exibis. va-  
dit ad aures: similiter et ad nares: que respondet sicut labia.  
tandem veniet ad oculos per quos exit: quod ipsis intravit. postea  
residet super verticem capitum et circunspicit huc et illuc: acci-  
pit magnam tristitiam si est damnata: dicens ad seipsum. o tu ma-  
ledicta aia excoicati latronis/ furoris/ adulteri/ fornicatoris/  
periuri/ feneratoris. quoniam sic circunspicit illa infelix aia: videt  
vestem suam quam habuit in fonte baptismatis candidam et imma-  
culatam nigrorum pice et coruo. tunc miserabiliter suspirat di-  
cens cum horribili fletu et clamore. heu heu quis mutauit ve-  
stem meam: non vestis mea candidior erat niue et modo immundior  
est pice et nigrorum coruo? tunc ei apparet diabolus ille qui eam

leduxit et quē ipsa secuta est in hoc mūdo / angelus sez satha  
nas dicens ei. noli mirari aia mea ego sum qui preparauis  
tibi hāc veste: s; tu nō sola es tali veste induita: s; maior pars  
mūdi. tunc dicit aia. quis es tu? diabolus rūdet: nōne ego iā  
dixi q; ego sū qui p̄paraui tibi has vestes / et viā meā ostēdi  
tibi: michi quoq; in oībus obediuisti / et credidisti / et lawra-  
sti meū / et omne cōsiliū meū fecisti. et ideo habitabis meū  
in regno: vbi tristitia sine leticia / vbi fames sine cibo / vbi si-  
tis sine poru / vbi tenebre sine luce / vbi fetor sine bono odore  
vbi dolor sine solatio / vbi plancus sine remedio / vbi fletus  
sine interuallo / vbi clamor sine silētio / vbulatus sine modu-  
lantia / vbi ignis inextinguibilis sine refrigerio / vbi vētug  
validus sine trāquilitate / vbi frigus sine medio / vbi calor  
sine termino / vbi omne malū sine omni bono. O amica sur-  
ge veni meū: ecce angeli inferi veniunt obuiā tibi: et canta-  
bunt tibi carmen doloris et tristitiae: canticuā amarū valde.  
Tunc etiā apparet ei angelus dei cui ipsa fuit cōmissa a  
deo et dicet. Beati qui vitā hanc in mūdo veste turpissimā  
O q̄ infelix es amica diaboli. o maledicta creatura: que a  
deo omnipotēti es maledicta. tecum fui et nō vidisti me/do-  
cui te et noluisti intelligere me. consului te et noluisti audire  
me. vade ergo in manus demonū / et vade in locum tormentorum  
qui paratus est tibi: iam ex operibus tuis iudicaris. Ex  
tunc vero quis explicare valcat: q̄ amare iniquorum spirituum  
acies insidiis lateant: qui frementes cum infernalsibus telis  
instructi tunc insurgunt: a quib; infelix anima ad eterna  
supplicia cum amaritudine protrahitur: et derisorie impro-  
peratibus peccata sua / et dicētibus. O q̄ superbisti quoq;  
o q̄ splēdide epulata es. o q̄ curiose vestita fuisti. o q̄ fortis/  
q̄ felix fuisti. dic nobis cur nō modo epularis: cur nō varie  
vestiris: cur nō habes curā de diuinitiis tuis: cur modo nō cō-  
solaris cum uxore tua / cum filiis / et filiabus / et amicis. cur  
nō loqueris eis? Anima vero misera corpo: i suo maledicet

ita dicens. O templū diaboli: opera tua poluerūt me.o ma-  
 ledicta terra.o habitatio sathanē surge cito et veni meū ut  
 videas loca tormentorū que sunt michi preparata propter te  
 in quibus ego ero usq; in diem iudiciorū tu vero eris extūc in  
 eadē damnatione in eternū. Maledicti sunt oculi tui qui no-  
 luerunt videre lucē veritatis.et viam iustitie dei.maledicte  
 sunt aures tue que noluerunt audire verba eterne vite.male-  
 dicte sunt narē tue que noluerunt odorem sanctarū virtutū  
 admittere.maledicta sunt labia et lingua tua:qr: nō gustauer-  
 runt eterne patrie gaudia: i que non aperuerūt ostiū laudis  
 ad laudē sui creatoris.maledicte sunt manus tue:qr: per eas  
 nō sunt porrecte pauperibus elemosine.maledicta sunt tuo-  
 rum viscerū precordia:qua eructauerūt pessima cōsilia.ma-  
 ledicti sunt pedes tui qui ecclesie xp̄i nō visitauerūt limina.  
 maledicta sunt membra tua oīa:qr: celoī nō exemerūt gau-  
 dia.maledicta sunt opera tua oīa:qr: adepta sunt eterna sup-  
 plicia. Ecce harillime de quanto periculo te potes liberare.  
 de quanto magno timore arripere: si modo semper timora-  
 tus fueris/et de morte suspectus.stude nunc taliter viuere:  
 vt ī hora mortis valeas potius gaudere q̄ timere. disce nūc  
 mori mundo:vt tunc incipias viuere cum christo. disce nūc  
 omnia contemnere:ut tunc possis libere cum christo ad glo-  
 riam festinare.castiga nunc corpus tuum per penitentiam:  
 vt tunc habeas certam confidentiam.O q̄ felix q̄ prudens  
 qui talis nunc esse nititur in vita: qualis optat inueniri in  
 more. Age epa quicquid potes quia nescis quando mories-  
 sis.nescis etiam quid tibi post mortem sequitur.noli consi-  
 dere super amicos et proximos.quia citius obliuiscētur tui  
 quam estimas.si nō es sollicitus pro teipso modo: quis erit  
 sollicitus in futurō: melius est nūc tempestiue prouidere/et  
 aliquid boni premittere: q̄super alioꝝ auxilio sperate.dum  
 tempus habes cōgrega diuitias immortales elemosinarūz  
 largitione.fac nunc amicos tibi venerādos dei sāctos/ et cū  
 c.iii.

beneficeris in hac vita: recipiet te in eterna tabernacula. **Io**  
**G**regor. Curandum nobis est/ et cum magnis quotidie fletibus  
cogitandum: quod sevus sua in nobis opera requireret in die nostri  
exitus princeps huius mundi diveniet. Et bern. **Q**uis erit  
pauor ille o aia mea: cum dimissis omnibus quoque est tibi io-  
cunda ta presentia: quod gratus aspectus: sola penitus incogni-  
ta regione ingredieris/ et occurslantia tibi cateruatum irru-  
te cornua: illa monstra videbis. **Q**uis in die tante necessita-  
tis occurrit: quis rubeatur a rugietibus proparatis ad escam  
quis consolabitur. quis deducet: sed occurrent deinceps aiabus su-  
storum angeli sancti: demones arendo ne illas exeuntes impe-  
diant/ ac ipsas cum gaudio in celos deferendo. **H**onde de aiarum  
iniquarum transitu dicit Bern. quod illis horror in exitu. in tran-  
situ pudor/ et in conspectu glorie magni dei confusio. **V**nu in  
ps. **M**ors peccatorum pessima mala in amissione mundi. peior  
in corporis et aie separatione. pessima in vermis compunctione  
et ignis cōcrematione. et quod omniū pessimum est: in diuine  
confēlationis separatione. **C**onsidera ergo carissime frequē-  
ter: quod mors non potest declinari. hora mortis non potest inue-  
stigari. tempus a deo preordinatum non potest mutari: cum vi-  
ta secura optatur et cum deuotione acceptatur. **B**ona siquidē  
est mors iusti propter reuelationem: melior propter nouitatem/ opti-  
ma propter securitatem.

**Ca. viii.**

**D**e Gaudiis paradisi/ et penis in  
fernī: quod debet notare omnes peccatorum.

**O**culus non vidit. nec auris audiuit/ nec in cor homi-  
nis alcedit que preparauit dominus his: qui diligunt eum  
i. ad corinthios. v. **O** aia peccatrix et misera. ut tibi  
iam vilescant omnia que sunt in terris: attende diligenter quod  
et quanta sunt que parant electis dei in celis. **H**onde sciendū  
est quod tot et tanta sunt in celis gaudia: quod omnes arithmeticci  
non possunt numeris euacuare vel calculare. omnes Ge-  
ometrici non possunt eadem mensurare. omnes grammatici dia-

lectici ac rhetorici non possunt ea ipsa sermonibus explicare.  
 quia oculus non videt nec auris audiuit nec in cor hominis  
 ascendit tecum. Gaudebunt quippe omnes sancti supra se de dei  
 visione. infra se: de celi et altari creaturarum spiritualium pul-  
 chritudine. intra se de corporis glorificatione. iuxta se: de an-  
 gelorum et hominum associatione. Anselmus quippe ponit septem do-  
 na aie que iusti habebunt in celestis patrie beatitudine. Et pri-  
 mo ponit bona corporis: quae sunt pulchritudo. velocitas. forti-  
 tudo. libertas. sanitas. voluptas / et eternitas iustorum. dicit er-  
 go. in illa vita iustorum pulchritudo solis pulchritudine septem-  
 pliciter quammodo sit speciosior adequabitur. quod testatur scri-  
 peura dicens. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.  
 velocitas tanta eisdem comitabitur: ut ipsis angelis dei equi  
 similes simus. qui a celis ad terras / et a terris in celum dighito  
 citius dilabuntur. huius quoque velocitatis exemplum in radio  
 solis solet intueri: qui statim orto iam sole in plaga orientali  
 pergit ultimum plagae occidentalis: ut in hoc spem demus non  
 esse impossibile quod de nostra dicimus velocitate futura. cum  
 in rebus animatis soleat esse maior velocitas quam in inanimatis  
 et fortitudine seu viribus preualebit quicunque scilicet metue-  
 rint supernis ciuibis sociari: instantem ut nullatenus illis obli-  
 stere quicunque valeat. vel si mouendo vel euentendo voluerint  
 quod a suo statu quocunque diuertere non illico cedat / nec in eo  
 quod dicimus maiorem conatu laborabunt quam nos modo in mo-  
 tu oculorum nostrorum: ne queso excedat aie quam adipiscitur an-  
 gelorum similitudo. quatenus si hoc cui his que dicturi sumus  
 aliud exemplum non occurrit: ipsa occurrat / atque in quibus an-  
 gelis valere constiterit: etiam nos valere probet et assertat. qui  
 cunque ergo fuerint angelorum similitudinem assecuti: eosque secu-  
 ritatem et libertatem necessario assequatur. Itaque sicut angelis  
 nichil obstat / nec aliquid eos impedire vel constringere pos-  
 est: quin pro velle suo cuncta libertime penetrant: ita non erit  
 obstatulum unum quod nos retardet / nec clausura que nos de-

c. u.

tineat/ nec clementū quod nos velle par obssistat. De sanita  
te quid melius poterit q̄ quod prestabunt? Salus inquies  
iustorū a domino. quibus autē fuerit vera salus que subite  
poterit infirmitas? Credere et incūtanter astruere licet sa-  
nitatē vite future ita ingenuā et incomutabilē ac īmobilē fo-  
re: ut inessibili quadā atq̄ sensibili sanitatis dulcedine: totū  
hominē repleat. et omne quod alicuius vicissitudinis / mu-  
tabilitatis aut lesionis suspitionē pretendere queat procul ar-  
ceat atq̄ repellat. In illa futura vita inestimabilis quedā vo-  
luptas bonos inebriat / i dulcedine sui totos eos inestimabi-  
li ex mīdāna faciabit. Quid dixi totos oculos. aures. nares.  
os. manus. pedes. guttū. cor. iecur. pulmo. ossa. medulle. ex-  
ta etiam ipsa et cuncta sigillatim singula queq; mēbra eorū  
in cōmuni tā inestimabili et innumerabili dilectionis et dul-  
cedinis sensu replebūtur: ut fere totus homo torrente volu-  
ptatis dei potetur / ac vberitate domus dei inebrietur. qui er-  
go bona hec fuerit adeptus nō intelligo ad quid sui pro inco-  
modo vltierius porrigit affectus. Septimo aderūt eis quos  
cūctos appetere dicimus / diuturnitas vite: sed ista q̄ penni-  
tas dicit illis deēt minime. q̄ iusti in eternū vivēt. Sūt etiā  
alia quedā his que digessimus adiiciēda q̄ nō minus aman-  
tur: sed ad animā sicut illa ad corpus referuntur. que nichilo  
minus in numero septenario cōstituta non modicū placent  
menti: que ipsoꝝ sapore fuerit imbuta. Sūt aut̄ hec / amici-  
cia. sapiētia. concordia. potestas. honor. securitas / et gaudiū  
Sapiētia ergo tanta in futura vita bonis erit: ut eoz q̄ le-  
re voluerint nichil sit qd̄ ignorēt. scīet enī cuncta que sciēda  
sunt. Scīt enī deus tā ea p̄terita q̄ futura tanq̄ plentia. ibi  
a singulis omnes ab omnibus singuli cognoscuntur. Nec  
quenq; illorum latebit oīno qua patria / qua gente / qua stir-  
pe edicis quis fuerit / vel quid in vita fecerit. Amicicia fan-  
tum singulox̄ intima gratia singulos suo amore et feruore

complebit ut cuiusq; amo: in quēq; sufficiat cuiq; p[ro]lextim  
 cum oēs sint vnum corpus christi et xpūs qui est pax ipsa sit  
 omniū caput. nec minori affectu cōpleantur q[ui] membravni  
 us corporis sibi inuicē copulantur. amabis ergo oēs ut teip  
 sum. amaberis ab oībus vt ipsi a se. putas abundans eris  
 in dilectione/ quomodo hoc tibi fuit in possessione. attamen  
 ipse transi et contemplate eū per quē hec tibi oīa prouenire  
 percipies. quia plus q[ue] teipsum ineffabili quadam suavitate  
 ipsum amabis. sic itaq; tanta erit concordia: vt in nullo sen  
 tias aliquē disrepare ab eo quod te constituerit velle: corpus  
 vnu erimus/ aīa vna erimus. spōla christi erimus: quicūq;  
 erimus ibi. non ergo maior discordia inter nos erit: q[uia] nunc  
 inter vnius corporis mēbra. Verū sicut vides in motu ocu  
 loꝝ q[uia] illuc quo vnu vertitur: mox aliud sequitur. ita quo  
 cunq; velle tuū cōuerteris: velle omniū sine discrepatiōe tibi  
 illico p[ro]lesto habebis. quid dixi omniū: ipsa voluntas dei nō  
 deerit a tua diuertia. sed sicut tu quod ille: ita et ille in cūctis  
 quod tu. caput nanq; quomodo a suo corpore disreparet cū  
 itaq; deū et oēs voluntati tue concordes habueris: p[ro]fecto  
 nō voles: quod non possis. omnipotens ergo erit voluntati  
 tue. quoniā ipsum omnipotentē habebis: in omnibus cōcor  
 dantē voluntati tue. itaq; cū hec tibi tanta potestas affuerit:  
 honor decens potestati minime deerit: dum igitur possesso  
 ne bonor que digessimus felix fueris: nōne sufficiēs tibi vi  
 deberis maxime inquiēs. Itaq; cum ipsa vita perpetuo du  
 ret: in vita illa et hec oīa tibi habēti: securitas illa amplius  
 non perpendi certa artillerit: obsecro quid estimas tibi erit?  
 Securus ergo tantoꝝ bonor perpetuo eris. nec alicuius ti  
 bi aduersarii violentū incurſū timebis. potest ne ergo illius  
 gaudii modus a quocunq; homine penetrari cū ultra mille  
 milia/ et decies millies cētēna milia īnumerabiles ibi sint/  
 et oēs eadem beatitudine perfruantur: nec ullus eorū sit qui  
 nō tantū de bonis alterius gaudet: q[uia] de suo. pri[er]e[re]a viden

tes ipsum deū quē ipsi supra se amabūt ipsos amantē et intelligētē mirabiliter plusq; semetiplos illos amantē in gloria eius mira et ineffabili exultatione exultabunt. Cum ergo iusti fuerint tanta felicitate beati: restat ut iniusti per contrariū sint inestimabili quadā infelicitate miseri. sicut enim iustos misericordia/ pulchritudo/ velocitas/ fortitudo/ libertas/ sanitas/ voluptas/ alacres et iubilantes faciet: ita et iustos iestimabilis feditas/ tarditas/ imbecillitas/ tremitus/ languor: atq; dolor mentes reddit eoz eiulantes. Sane diuturnitatē vite quā iusti pro bouendis bonis summopere complectētur: iniusti pro interminabili pena torquebuntur. qm̄ inerit illis qui summo odio execrabuntur. De sapientia vero quid dicam. quia sicut iustis erit in gaudiū et honore: ita et iniusti quicquid scient: erit in merore et cōfusione: Amicitia autē qua inuicem pīl summa iocunditate copulantur/ si qua in impiis erit in formētis illis erit. quo enī magis qsq; amabunt: eo magis in eoz pena dolebūt. discordiam habebunt cū omni creatura/ et oīs creatura discordabit cū illis. hinc ergo pro potestate bonoz tanta imposita erit et eos sequi: vt oīo nichil eoz que voluerit possint/ et quicquid habuerint nolint. Igitur pro honore sanctor̄ obtinebūt perenne obprobritū/ et hoc sine fine claudent. Vn̄ sicut amici dei secuti erūt se numq; amissuros bona sua: ita isti iūmici dei omnino desperabūt se amplius iā perdituros. hec mala. pro eterno ergo et ineffabili gaudio bonoz hereditabūt incogitabili tristitia oēs qui pīl impenitidine creati trāsīturi sunt in societate demonū. hec Anselmus. In illa ergo futura beatitudine ut dicit bīs augu. deus oēs sensus beator̄ spūali et ineffabili delectatōe reficiet: cū ipē oīm sensuū sit obiectū. futuris erit nāq; deus speculū visui/ cīthara auditui vel gustui: balsamū olfactui: flos tactui. q̄ p̄terea hō factus est: vt totū hoīem i se beatificaret: vt sensus interior in cōtēplatiōe humanitatis. et breuiter scđm augu. et grego. tanta est ibi

pulchritudo iustitie. tanta secunditas lucis eternae: ut etiam si  
 non siceret in ea amplius vivere seu manere quodcumque unius diei  
 mora est: propter hoc inumerabiles huius vite dies pleni de-  
 licias et circufluenta temporalium bonorum merito recteque con-  
 tenentur. Non enim falso aut parvo affectu dictum est: quod melior  
 est dies una in atriis tuis super milia. Verum: Quis in hac vi-  
 ta pensare potest quam sit illa felicitas beatorum: videre deum  
 vivere cum deo. deo esse qui erit omnia in omnibus. habere deum  
 qui est summum bonum/ et ubi est summum bonum. ubi est summa se-  
 licitas. summa iocunditas. vera libertas. perfecta caritas. eterna  
 societas. et securitas eterna. Augustinus. O gaudium super gau-  
 dii: videre deum qui fecit eum. qui saluavit eum. qui glorifica-  
 uit eum/ videre faciem dei sui quod est summum bonum/ gaudiu[m] an-  
 gelorum atque oim sanctorum. Numquid deus (scdm greg.) tam ines-  
 mabilis pulchritudinis est: ut angeli qui sole septupliciter  
 sua vincunt pulchritudine: iugiter in eum faciabiliter deside-  
 rant prospicere. Item Augustinus. nulla insurget malicia. nul-  
 la carnis miseria. nulla iam peccandi voluntas/ nec delinquenti-  
 di potestas: sed totum exultatio/ totum letitia: hec possidetur ho-  
 mines angelis sociati. O aia mea iam audisti quanta sint iu-  
 storum gaudia. quod grandis letitia. quam serenitas. quam iocun-  
 ditas illius superne ciuitatis. O felix iocunditas. o iocunda se-  
 licitas: sanctos videre. deum habere in eternum et ceterum. Si nos quo-  
 tidie oporteret tormenta perferre. si ipsam gehennam longo tempore  
 tolerare: ut christum in sua gloria videre possemus et sanctis  
 eius sociari: nonne dignum erat pati omne quod triste est ut tante  
 glorie/ tantoque boni participes haberemur? Quapropter aia  
 mea a turba terrenorum desideriorum secessum metus petamus  
 et inde a secreto cordis illicitarum cogitationum tumultus expel-  
 lentes: superne patrie in amore intime quietis anhelantes: re-  
 uertamur ad ciuitatem celestem in qua scripti sumus/ et ciues  
 decreti. Sicut ergo ciues sanctorum et domestici dei/ et sicut her-  
 edes dei. coheredes autem christi: ut ad eum cito peruenire

valeamus. Si queramus quō hoc fieri potest/vel quibus  
mediis vel auxiliis audi res ista posita est in voluntate fa-  
cientis. quoniam regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt  
illud. Non enim querit aliud preium quam te ipsum. illi ergo quantum  
es te da et habebis illud. Quid turbaris de pocio: Christus seipsum  
tradidit ut acquireret regnum deo patri. da te illi ut regnum  
eius sit in te/ ac non regnet peccatum in tuo mortali corpore: sed  
spiritus in acquisitione vite. O anima peccatrix et misera.  
Si hec que iam dixi de gaudiis et excellentiis quibus sancti et  
electi dei in eternum gaudebunt in regno celorum/ non te moueant  
ad promerendū per penitentiam et pro opera virtuosa cum gra-  
tia dei regnum celeste: timeas et paureas/ atque timendo con-  
sidera miserabiles conditiones et penalitates inferni ciuitatis  
diaboli: ut timore et paurore resurgas et conuertaris ad do-  
minum deum tuum toto corde. De quibus sciendum quod cum damnata  
sit diuersitas peccatorum: ita erit diuersitas penarum. Unde  
grego. Unus quidem ignis gehennae est credendus: sed non uno  
modo exurit omnes peccatores. Unusquisque enim quantum exigit  
culpa: tantum sentiet de pena. sicut ab eodem igne aliter virga pa-  
lea/ aliter lignum/ et aliter ferrum. Iste ignis taliter inflammat  
est ab ira iudicis succensus: quod nouo incendio non indige-  
bit usque in sempiternum. job xxii. Deuorabit eos ignis qui non  
succendetur. De acerbitate hustus ignis dicit beatus Sebastianus cui angelus ad autem stabat: quod iste ignis sensibilis ita  
se habet ad gehennalem ignem: sicut ignis in pariete depictus  
ad istum sensibilem. Et isidorus ait. In inferno erit aliquid ob-  
scuri luminis quo damnati videbunt ut doleant: non unde  
letentur. Eos quippe quos reprobii nunc inordinate diligunt  
secum tunc in tormentis videbunt: ut penam propriæ condicio-  
nis exaggerent/ carnalis cognatio auctori preposita pari ante  
oculos ultione damnata. hic solet queri an damnati via-  
deant gloriam sanctorum? Ad quod responderet Gregorius in  
omelia de diuite epulone: dicens. Credendum est quod ante retin-

butionē extēmi iudicii iusti quosdam lustos in reque re  
 spiciunt/et eos videntes in gaudio non solum de supplicio  
 sed etiam de alio:ū bono cruciantur.iusti autē semper vidēt  
 iniustos in tormentis ut hinc eorum gaudium crescat.quia  
 malū conspiciunt quod misericorditer euaserūt.tantogz ma  
 iores creatori suo gratas referant:quanto vident in aliis q  
 ipsi perpeti (si essent relicti) potuissent. Et ut idem alibi ait.  
 Non frustrabit beatitudinē iustorū aperta pena reprobo:ū.  
 quoniā ibi iam compassio miserie no erit beatorū/et eorum  
 minui letitia non valebit. Et si in natura sue bonitatis mi  
 sericordiā habent:iam tunc auctoris sui iustitie cōiuncti tan  
 ta rectitudine cōiungentur ut nulla ad reprobos compassi  
 one moueantur. Et addit prosper. q tūc filiorū/parentū et  
 coniugū miseria beatos contristare nō poterit.Videbūt aut  
 damnati beatos ante iudicii diem:nō hoc modo q gloriām  
 eorū qualis sit agnoscant:sed solummodo cognoscere eos esse  
 in quadā inestimabili gloria ex hoc cruciabūt. tamen p o  
 buntur: nec tamē ex hoc eorū pena minuetur:sed augebitur  
 quia in memoria habebūt gloriam beatorū:quam in iudicio  
 vel ante iudiciū viderunt/et hoc erit eis in tormentū.sed ul  
 terius affligētur in hoc q videbūt se indignos reputari:et iā  
 videre gloriam suā quam sancti vident. Item solet queri  
 an damnati videat ea que in hoc mundo aguntur? Ad hoc  
 respondet Grego.in secundo libro moraliū/petractans il  
 lud iob.ix.Si nobiles fuerint filii eius sive ignobiles nō in  
 loco habeantur ignorant:ita in ea cui vita in carne uiuentū  
 post eos qualiter disponiuntur nesciūt (quia vita spiritus lon  
 ge est a vita carnis) quod de animabus sanctis sciendum est  
 qz qui intus oīpotentis claritatē vident:nullo mō credendū  
 est qz sint foīs aliqua que ignorēt. Boni ergo vidēt que sūt

circa eos: mali autē nō. Et si dicas: magis distat damnatis  
gloria istorū q̄ ea que in mundo aguntur. sed ipsi nō vident  
ea que circa nos aguntur: ergo multo minus possunt videre  
gloriam beatorū. Dico ea que hic aguntur non ita affligerē  
damnatos in inferno sī viderent sicut sanctorū gloria inspe-  
cta. Hinc nō ita ostendunt dānatis ea que hic agunt: osten-  
duntur autē eis ea q̄ in eis tristitia augere possunt: licet per  
se nō videat. Item queritur an dānati vellent in infer-  
no oēs alios esse dānatos? Ad hoc dico q̄ sicut sanctis in pa-  
tria erit perfectissima caritas: ita in dānatis erit perfectissi-  
mū odiū. Vnde sicut sancti gaudebut de oībus bonis: ita mali  
de omnibus bonis dolebunt. Vnde felicitas sanctorū ab illis  
considerata eos maxime affligit: ideo vellēt oēs beatos esse  
dānatos. tanta enī eoz erit inuidia: q̄ etiā propinquorū suorū  
glorie inuidebut cū ipsi in miseria summa sint. et etiā in hac  
vita hoc accidat crescēte inuidia: sed tamen minus inuidet  
propinquis q̄ aliis. et maior est eoz pena si oēs propinquū  
damnarent et aliis saluarentur: q̄ q̄ aliquis de suis propin-  
quis saluaretur. Exemplū est q̄ diues petiit fratres suos a dā-  
natiōe eripi: sciebat enī q̄ aliqui eriperent. maluisset tū fra-  
tres suos nō cū aliis damnari. Et scias q̄ quis ex dānatorū  
multitudine pena singulorū augetur tantū: tū supercrevit  
odiū et inuidia eoz q̄ magis eligūt torqueari cum multis q̄  
cum uno solo. Querī etiam solet an mortui maxime da-  
mnati scient vel recordentur eoz que sciuerunt? Ad hoc dico  
q̄ in damnatis erit cōsideratio eoz q̄ prius sciuerūt ut cau-  
sa materialis tristitie: nō autē vt delectationis causa. consi-  
derabunt enī et mala que gesserūt ex quibus dānati sunt/ et  
bona q̄ amiserūt: et exutroq̄ torquebuntur. Prefere scias q̄  
duplex pena in inferno erit: pena dāni/ et pena sensus quas  
tangit xp̄s math. vii. ubi dicit. Omnis arbor q̄ nō facit fru-  
ctū excidet/ et in ignē mittetur. De pena sensus q̄ multiplex  
est. sic dicit grego. super illud math. viii. Sic et in tenebris

exteriores. In inferno erit frigus insupabile. ignis inex-  
 guibilis. vermis immortalis. fetor intolerabilis. tenebre pal-  
 pabiles. flagella cedentia. horrida visio demonum. confusio pec-  
 catorum et desperatio omniū bonorum. itaque damnati pleni erunt  
 omni tristitia et dolore. habebut enim fletum in oculis. stridore in  
 dentibus. fetore in naribus. gemitu in vocibus. terrorē in au-  
 tibus vincula in manibus et pedibus. igne et ardore in mem-  
 bris suis oībus. Unde quidā ait. Infernus est fouea mortis et  
 penis omnibus et miseriis referta ibi. ut scribitur Isaie. xiii.  
 Unde quisque ad proximū suū stupabit: facies cōbuste vultus  
 eorum. Et Baruth. ii. nigre sunt facies eorum a fumo. Nam omes  
 vultus peccatorum redigetur in olla: ut habetur iohelis. ii. Itē  
 acerbitas penarum infernaliū potest considerari ex fletu et strido  
 re dentium. ex desiderio mortis. ex manducazione linguarum. et  
 blasphemia creatoris et ex similibus aliis his: que oīa sunt  
 ventura ibidē. ut patet ex variis locis scripturarum. Unde apoc.  
 ix. Comederunt linguis suas per nimio dolore et blasphemam  
 uerū deū celi per doloribus et vulneribus suis. Tanta erit a-  
 cerbitas penarum quod peccatores vita (quā oīs appetunt) spreta  
 et contempta: morte (quā oīs fugiunt) ardentis desiderio affe-  
 ctabut. apoca. ix. In diebus illis querient homines mortē et non  
 inuenient eam. desiderabut mori: et mors fugiet ab eis. Et  
 criso. Ibi quid agemus. quid respondebimus: nichil erit ibi  
 nisi stridor dentium. nisi vulnus et fletus et sera penitentia:  
 cessantibus undique auxiliis et inualescentibus undique penitie.  
 sed nec solatium quidē vltimorumque. Ibi enim nulli occurret oculis  
 nostris nisi solū penitū ministri et facies undique tortiorū. et  
 quod est deterius oīm: nec aeris ipsius ullum erit solatium  
 aut lucis. In his autem positis quis tremor: immo que resolu-  
 tio viscerum est: diuulsioque membrorum. que quales aut quātē om-  
 nibus sensibus crucis: nullus poterit huc sermonē explicare.  
 De pena dāni sic dicit cristo. Nonnulli imperitorum puta-  
 bunt scilicet esse satis et optabile videti: si gehenna tantummodo

careat. ego autem multo magis grauiores quam gehennam dico esse  
cruciatus: et remoueri et abiici: et ab illa gratia: excludi ab  
illis iouis que preparata sunt sanctis. intollerabiliusque et gra-  
uius est supplicium illud horibile. tamē simile aliquis ponat  
gehennas: nichil tale dicturus est quale est ab illius glorie to-  
cunditate propelli. Odio christi haberi et ab illo audire: non  
noui vos. Et enim deinceps melius est sustinere fulmina: quam  
illū mansuetudinis / pietatisque plenū nobis aduerlantē vide-  
re. et illos totius tranquilitatis oculos in quenque nos aspice-  
re sustinere: si nequaquam istud patimur. O benigne fili dei neque  
experiatur intollerabile illud horrendum supplicium. hec criso.  
Vnde nobis qui de his malis non cogitamus: sed quasi lecuri  
torpores / et aīe curā negligētes ad hec sine cessatione prope-  
ramus. Sed dicet forte aliquis: vide quod iniustus est deus qui  
homo pro mortali peccato una hora perpetrato: eternaliter  
punit. Hanc questionē mouet Gregorius. et soluit sic. Scire in-  
quit vel quomodo iustum sit. ut culpa que cum fine perpetrata  
est: sine fine puniat. Et respōdet Gregorius. hoc recte dicere si  
districtus iudex non corda hominū: sed verba pēlaret. Iniqui  
enī sine fine delinqueret: si sine fine viueret. Nam voluisse  
si potuissent sine fine peccare. Ostendunt enī quod in peccato semper  
viuere cupiunt: qui nunquam desinunt peccare. ad magnam er-  
go iustitiā iudicatis pertinet: ut nunquam careat supplicio qui  
in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. et nullus detur  
iniquo terminus ultionis: qui quodcumque vixit nullum voluit ha-  
bere terminum criminis. Alia ratio quare peccatum mortale  
obligat ad eternam penam sumi ex parte eius in quā pec-  
catur: qui est infinite bonitatis et potentie scilicet deus. un-  
de et offensa ipsius infinita pena digna est. Quia quanto est  
maior in quā peccatur: tanto magis peccatum punit secundum ari-  
sto. vii. ethicorum. Et criso dicit. Omnis iniuria talis est: qua-  
lis fuerit persona cui fit iniuria. In magna tamen persona et si  
modica fuerit iniuria: ipsa est magna. in modica tamen perso-

26


na et si magna iniuria facta fuerit: modica esse videtur. hec  
omnia dilectissime vide cognoscens et corde iugiter recolens.  
esto sollicitus de salute tua/ et eternū istud crudele infernale  
supplicium respice. considera in temeris que sunt utilia et sa-  
lubria anime tue. Quid est melius in presenti seculo pro pec-  
catis plangere et penitus crebrius obsecrare: q̄ in igne eter-  
no sine aliqua utilitate deslere? in hoc enī breui tempore per  
penitentiā et lachrymas indulgentiā et consolationē merebe-  
ris. plange ergo hic modicū: ne plangas ibi in secula seculo  
rum. humiliare hic: ne ibi humiliaris in exteriorib⁹ tenebris  
et mittaris in ignē inextinguibile. Beatus ille qui hic possi-  
tus festinat in die iudicii dignus inueniri: miserabilis vero  
qui peccando se indignū a gloria domini constituerit in illa  
hora. nubes recipiēt oēs sanctos sursum in celū: impios au-  
tem diabolī rapiunt: mittentes in caminū ignis ardentes.  
Quis dabit capiti meo immēlam aquā/ et oculis meis son-  
tem lachrymarū iugiter emanantē: ut plorē meipsum die ac  
nocte. obsecrans dominū: ne indignus inueniar in illa hora  
aduentus eius/ et ut ne audiā illam sententiā formidandā:  
Discidete a me operarii iniqtatis. nescio te quis sis. Quod  
a nobis auertat iesus Christus dominus noster: qui viuit et  
regnat per infinita secula seculoꝝ. Amen.


*finit libro die 5 m̄i 1563.*

Speculū anime peccatricis a quodā cattulense edi-  
tum/ exaratum per Antoniū Capllaut: finit feliciter.

*Stella cotidetum d'smori*







3





